



Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE CONCILIIS, ET|| ECCLESIA MILITANTE,|| QVATVOR LIRBRIS||
COMPREHENSA.||

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Ingolstadii, [1599]

VD16 B 1607

VI. Nota tertia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53873](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-53873)

brasse per quindecim annos seriò, ac deuotè. Vide librum de Missa angulari, vel Ioannem Cochlæum in actis Lutheri anni M.D.XXXIV. Item librum 2. Lutheri contra Zwinglium, vel Septicipitem Ioannis Cochlæi, cap. 24.

Denique, si ita Ecclesia latuisset, ut Caluinus dicit, sequeretur Ecclesiam Christi fuisse peiorem, & miseriorem omnis secta hæretica, & ipso etiam populo Iudæorum post eversi nem Hierosolymæ, quod certè est blasphemū, cùm Deus per Prophetas passim prædicet gloriam Ecclesiae, & pollicetur se cum ea semper futurum. Quod illud sequatur, patet; nam omnis hæretica secta habuit sua templa, suos Episcopos, suos Sacramenta, & similiter Iudæi post eversam Hierusalem semper habuerunt aliquas Synagogas, vbi liberè exercuerunt suas cærimonias, ut patet ex Gregorio li. 7. epist. 5. nec unquam coacti sunt generaliter adorare Deos alienos. At Ecclesia quam latentem fingit Caluinus per annos ferè mille, nulla habuit templa, nulla sacra, nullos Episcopos, nec habuit unum angulum terræ, vbi liberè exerceret aëtus religionis sui, & quod peius est, coacta est seruire Diis alienis, adorare idola, sacrilegiis communicare, quæ est horribilior, & longior captiuitas, quam aquam fuerit Iudæorum, immo est ista Ecclesia deformis ipsius ruinis Synagogæ.

CAP V T VI.

NOTA tertia.

ERTIA NOTA est DURATIO diurna, ne
vnquā interrupta. Ecclesia enim dicitur Catho-
lica, non solum quia semper fuit, sed etiam quia
semper erit, iuxta illud Dan. 9. Regnum quod es-
ternum non dissipabitur. Et Act. 5. Si est ex hominibus com-
plum hoc aut opus, dissoluetur; si vero ex Deo est, non potest
dissoluere. De hæreticis autem S. Paulus dicit: Sed ultra non
proficiunt. 2. Tim. 3. & B. CYPRIANVS lib. 4. epist. 2. dicit
schismaticos semper inter initia seruere, incremēta vero hu-
bere non posse, sed statim cum praua sua æmulatione defi-
re. Et S. AVGUSTINVS Psal. 57. in illud; Ad nihil deuenient
tanquam aqua decurrentes: Non vos terreant, inquit fratres
quidam fluuij, qui dicuntur torrentes. decurrat aqua, ad tem-

pus perstrepit, mox cessabit, diu stare non possunt. Multa ha-
refes iam emortua sunt, cucurrerunt in ruis suis quatum po-
tuerunt, decurrerunt, siccatae sunt ruis, & ex eorum memoria
reperitur, vel quia fuerunt.

Iam verò constat Ecclesiam nostrā durasse ab initio mun-
di hucusque, vel si de statu novi Testamēti loquamur, duras-
se à Christo hucusque per M.D. LXXVII. annos, frustra eam
oppugnantibus primò Iudæis, deinde paganiis, vltimò hære-
ticis; nec solūm durasse, sed etiā ex persecutionibus creuisse.
Ut enim aquæ diluuij palatia Regum obruebant, atque dei-
ciebant, arcām verò Noë semper magis ac magis attollebāt,
ita persecutiones regna temporalia facile destruunt, Chri-
sti regnum, quod est Ecclesia, non modò non destruunt, sed
etiam illustrant. Itaque IUSTINVS in Triphone, dicit per-
sequotionē id esse Ecclesię, quod est vineis putatio; ut enim
vineæ putatione ad vbertatem prouocantur, ita quoq; Ec-
clesia persecutionibus crescit. & TERTULLIANVS, cap. vlt.
Apologetici sanguinem martyrum eleganter semen Chri-
stianorum vocat, quod explicasse videtur LEO ser. I. de SS. Pe-
tro, & Paulo, cùm ait: Non minuitur persecutionib. Ecclesia,
sed augetur, & semper dominicus ager segete ditiore vestitur,
dum grana qua singula cadunt multiplicata nascentur.

Quamvis autem hæretici huius temporis non concedant
nostram Ecclesiam M. D. LXXVII. annis durasse, concedunt
tamen durasse sine vlla interruptione à Gregorio I. hucusq;,
id est, annos ferè mille, quod tempus etiam si solum esset, ad-
huc esset longius, quām fuerit ætas vlliū hæretis; sed tamen
falsum est nō diutius durasse ipsi enim non possunt ostende-
re per vllam historiā, aut veterum scripta, factā esse mutatio-
nem religionis in Ecclesia Romana tempore S. Gregorij.

Deinde nostram Ecclesiam esse veram Ecclesiam probari
potest etiā hoc argumento; nam ante Lutheri tempora, non
erant in mundo, nisi hæ religiones, Paganismus, Judaismus,
Mahometismus, Græcismus, Nestorianismus, Hussitarū hæ-
retis, & Romana Ecclesia; sed certum est non fuisse verā Ec-
clesiam Christi apud vllam ex prædictis sectis, vt etiā Luthe-
rani fatentur, ergo fuit apud Romanam Ecclesiam, aut certe
periit de mundo omnis vera & visibilis Ecclesia; quod non
posse fieri suprà docuimus. At verò sectæ omnes hæreticæ
breui defecerunt præter eas, quæ nunc exortæ sunt.

TT 5 Refert

*Antiquity
temporibus*

Refert Theodoretus in lib. de hæreticis fabulis, septuaginta sex diuersas hæreses vsque ad sua tempora exortas, & lib. 3. eiusdem operis testatur omnes illas extintas fuisse, paucissimis exceptis. Augustinus in lib. de hæresibus numerat 88. hæreses, ex quibus plurimas periisse testatur in expositione Psal. 57. Nos numeramus vsque ad tempora Lutheri CC. hæreticorum diuersissimas familias: ex his autem non supersunt, nisi reliquiæ quædam Nestorianorum, & Eutychianorum in Oriente; & Hussitarum in Boëmia, reliquiæ omnes funditus interierunt. Et mirabilis valde est in hacce prouidentia Dei, quod fuerint hactenus vsque ad Lutheri tempora, ut minimum CC. hæresiarchæ, quorum multibuerunt multos Episcopos, multas Ecclesias, multos potissimum Patronos, & Imperatores, & Reges, & scripserunt libros innumerabiles, ut viderentur nunquam posse defecere; & tamen ita defecerunt, ut iam non supersint nec in libri eorum, nec dogmata, nec nomina, aut vestigia villa, nisi in libris Catholicorum. Itaque si Catholici non scripsissent eorum nomina in suis libris, nesciremus quidem eos fuisse inquam in hoc mundo.

Quam firmis radicibus nixa videbatur hæresis Ariana temporibus Athanasij & Hilatij? At nunc ubi, quæso, elueauit velut puluis, quem proicit ventus à facie terra. Ante annos ducentos regnabat in Gallia hæresis Albigensium, quæ præter vires doctrinæ, magis abundabat copiis militiæ, & potentia, quam nunc hæresis Caluinistarum, ut cognosci potest ex lib. 6. Pauli Æmilij de rebus Gallorum; & tamen ubi nunc sunt Albigenses? quotusquisque est, qui eos vel nominari audierit?

Porrò Lutherani vix nati arescere cœperunt. cœpit regnum LUTHERI anno M. D. XVII. sed vix septem annis pacificè regnauit, nam anno M. D. XXV. surrexit Zwinglius, & post duos alios annos surrexerunt Anabaptistæ, qui maiorem partem Lutherianorum à Lutherò separatam, adiunxerunt. Qui verò manserunt Lutherani, ita immutaroni Lutheri doctrinam, ut vix ulli iam inueniantur puri Lutherani, de quo grauiter conqueritur Illyricus in præfationibus omnium Centuriarum.

Sed nec Zwinglius diu regnauit: nā anno M. D. XXXVIII surrexit Caluinus, qui ita breui inualuit, ut vix pauca quæ-

dam oppida Heluetiorum Zwinglianis reliquerit. Ipsi quoque Calvinistæ per Libertinos in Gallia, per Puritanos in Anglia, per Trinitarios in Polonia, & Samosatenos in Transylvania, quotidie magis ad paucitatem rediguntur.

Porrò **CALVINVS**, ut erat sagax, regnum suum non fore diuturnum præuidit & prædixit in præfatione Catechismi Genevensis, quem ad Ministros suos in Friesia Orientali misit: *De posteritate, inquit, ego sic sum anxius, sed tamen vix cogitare audeam; nisi enim mirabiliter Deus e cœlo succurrerit, vide me mihi videor extremam barbariem impendere orbis, atque etinam non paulo post sentiant filij nostri fuisse hoc verum potius Vaticinium, quam conjecturam.* Quæ Calvini anxietas satis apertè declarat sectam ipsius rem esse planè humanam, non spiritu Dei, sed industria quadam, atque artificio humano excogitatam; ac denique longissimè abesse à spiritu eius, qui dixit: *Super hanc petram adificabo Ecclesiam meam, et porta inferi non præualebunt aduersus eam.*

CENTURIATORES quoq; in præfatione secundæ Centuriæ idem vaticinantur de suo Lutherismo: *Maxima, inquiunt, in doctrina Variations, et inclinationes impendere videntur, et sic merentur hominum peccata, quæ sunt indies atrociora, ac tempora quidem Germanici Propheta Martini Lutheri, cuius voce et ministerio lux Euangeli⁹ quasi è tenetris Aegyptiacis reuocata est, propemodum Apostolorum etati respondens; nunc vero ipso sublato, quasi alteram Euangelij statem ingressi sumus, ubi plures phanatismi incipiunt pullulare, et paulatim regnare.* Et præfatione Centuriæ postquam ostenderunt præcipuos articulos de libero arbitrio, de fide iustificante, de bonis operibus, non defendi amplius à Lutheranis plurimis Luthericè, sed Papisticè, subiungunt: *Per istam, sedque repente, Veritas parefacta Philosophia, Papismus et alia secta longè lateq; in templo Des primam cathedram occupant.*

Concludimus ergo cum S. Hieronymo in extremo Dia-
logo aduersus Luciferianos: *Breuem, inquit, apertamq; ani-
mi mei sententiam proferam, in illa esse Ecclesia permanen-
dum, quæ ab Apostolis fundata, usque ad diem hanc durat.*
Et cum S. Augustino lib. de utilitate credendi, cap. 17. *Dubi-
tabimus,*

tabimus, inquit, nos illius Ecclesia condere gremio, qua ab apostolica sede per successiones Episcoporum frustra haretum circumlatrantis culmen auctoritatis obtinuit?

CAPUT VII.

NOTA quarta.

 **VARTA** NOTA est AMPLITUDO, siue multitudo, & varietas credentium. Ecclesia enim vera Catholica non solum debet amplecti omnia tempora, sed etiam omnia loca, omnes nationes, omnia hominum genera. Sic enim explicat, quid sit esse Catholicum, Vincentius Lyrinensis in suo commonitorio, ubi dicit eos propriè esse Catholicos, qui tenent id, quod semper, quod ubique, quod ab omnibus creditum est. Ecce predictum erat, Psalm. 2. Dabo tibi Gentes, hereditatem tuam, possessionem tuam, terminos terrae. Et Psalm. 71. Dominiabitur a mari usque ad mare, usque ad mare, usque ad litora. Et Dominus ipsa Luc. viii. & Act. i. dicit prædicandum Euangelium in omnes Gentes initio facto a Hierusalem.

Sunt autem aliqua obseruanda, antequam ex hac nota argumentum deponamus. PRIMUS est ex Augustino lib. de unitate Ecclesiae, cap. 6. & Beda in cap. 6. Cant. ut Ecclesia sic Catholica in primis requiri, ut non excludat vlla tempora, loca, vel hominum genera, in quo distinguitur a Synagoga, quæ erat Ecclesia particularis, non Catholica, quia erat aliquata vni temporis, id est, usque ad aduentum Messiae; item vni loco, id est, templo Salomonis, extra quod non poterant sacrificare; & vni familiæ, id est, filiis Iacob.

SECUNDUS, nota ex Augustino epist. 80. ad Hesychium, sit Ecclesia Catholica, non requiri, ut sit in omnibus locis minibustotius mundi, sed tantum, ut innoteatur omnia provinciis, & in omnibus fructificet, ita ut in omnibus provinciis aliqui sint de Ecclesia; donec enim hoc fiat, non nisi dies Domini, ut patet ex Matth. 24.

TERTIO, ex Driedone lib. 4. cap. 2. par. 2. de Eccles. dogma, non requiri, ut hoc fiat simul, ita ut vno tempore in omnibus provinciis necessarium esse oporteat aliquos fideli. Satis enim est, si fiat successione. Ex quo id sequitur, quod